



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

100. Commissio tribuens Ordinario Jurisdictionem in exemptum, an
convalidet ante gesta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

num, qua iniquè per excommunicat. spoliatus est *Geminianusc.* i. in fin. de restit. spoli. in 6. glo. c. cum inter de except.

5 Quinque questionis solutionem tradit idem *Bartholus d. disput. 6.* dicens quod iniuste vel nulliter captus, non possit à quoquam recommendari, sed pristinae libertati sit restituendus, de qua materia ubere *Farinacens in pract. crim. li. 1. tit. 4. qu. 27. n. 154. & seq. Salsus l. cum unus n. 10. & seqq. ff. de bon. autor. iud. poss.* *Bartholus d. disput. 6. & in l. 2. §. 1. de cust. reor. Pechius de iure sist. c. 49. & alij non pauci.*

QVÆSTIO XCIX.

Castrum exemptum à jurisdictione civitatis, an gaudere debeat statutis & privilegijs civitatis, eaque observare.

Videtur quod non, quia ejusmodi castrum æquiparantur civitati *l. imperium ubi Barth. ff. de iuris. om. iud.*

Veruntamen dicendum est contrarium, ita enim respondit *Alex. tit. 151. col. 2. vol. 2.* quem secutus est *Alciatus in cap. quod Sedem numer. 92. de offic. ord.* Idque, nisi tale Castrum alteri uniretur *Barth. l. si convenerit §. si nuda ff. de pignor. act. ubi supra.*

Quid autem si in castro essent particularia statuta, dicaturque, quod deficientibus statutis Castri, recurratur ad jus commune, an recurri debeat à statutis civitatis, videatur *Alciatus d. num. 92.*

QVÆSTIO C.

Commissio tribuens ordinario jurisdictionem in exemptum, an convalider ante coram eodem ordinario gesta?

SUMMARIUM.

1. Initium illegitimum non confirmatur.
2. Nullitati causam dans de nullitate non dicit.
3. Dispensatio superveniens non confirmat actum ante nulliter gestum.

Quando adest defectus jurisdictionis iudicis, si pendente lite iurisdicchio superveniat ex causa de novo emergente, ante gesta non confirmantur.

Quia initium iudicij non fuit legitimum *l. momentaneo C. qui legitimam pers. standi in iudicio Barth. l. 1. n. 4. C. qui pro sua iurisdic. & l. 1. num. 4. C. ubi de crimine & utrobij Castren.* posset tamen obtineri commissio sanatoria nullitatis, uti docet *Ioannes Baptistæ Marchelanus Tract. de commissionibus par. 2. tit. de commiss. super nullitate.*

nullitatibus & eorum sanatoria nu. 29. 30. 31. 32.
 Ante enim gesta quodammodo approbavit, adeo ut locus sit axiomatici, qui nulli-
 tati causam præbuit contra eam allegare non potest l. r. §. si omnes ff. de ventre in spic.
 Rel. à Valle conf. 52. nu. 12. vol. 4. Marchesan. ubi supra num. 32. Nec est ab hac materia
 questio aliena. utrum dispensatio superveniens confirmet actum ante nulliter ge-
 stum de quo Abbas cap. in novis. 22. n. 11. de elect.
 Ex eodem etiam fonte descendit: Num postulatio possit confirmari ex consen-
 sibus superveniens, de quo idem Abbas cap. bona memoria n. 18. & 27. de post.
 pralat.

Et an paria sint, ab initio, legitime fieri vel ex post facto legitime confirmari late
 Petrus de testam. coning. li. 3. c. 8.

Denique, an jus pendente iudicio superveniens iudicium ante confirmet. late Ga-
 briel com. opin. lib. 2. de iudicij. concl. 2. & 3. Lancelot. de attentatis par. 2. cap. 4. limit.
 20. Berofamiliarium questionum 102. Milis in Repert. verb. in superveniens post impetra-
 tum & DD. l. mandavero 17. ff. Mandati.

QUESTIO CI.

Ordinarius injuste excommunicans exemptos, an actione in-
 juriarum teneatur.

Teneri resolvit Capella Tholosana quest. 297. glo. cap. sacra. ubi Collectarius de sent.
 excom. Archid. cap. statumimus eod. in 6. glo. l. iniuriarum §. item labeo ff. de iniurijs
 Guid. qu. 324. & 393. late Navarrus Rep. c. cum contingat remed. 2. nu. 43. Idque si dolus
 interveniat glo. c. ap. illud 11. quest. 3. & in cap. sollicitudinem ubi Host. de appell. Milis in
 repert. verb. iniuriarum actione Fel. d. c. sacro. Imò etiam ad id quod interest obligari
 potest glo. c. temerarium 11. quest. 3. l. illud ff. de iure iur. Bart. iniuriarum §. idem labeo ff.
 de iniurijs Aufreus ad capell. Tholos. d. q. 397.

Insuper, is etiam coram Deo sese ligat & coram mundo sese de honestat. cap. si ha-
 bet sub fin. 24. quest. 3. contingitque ei id de quo D. Hieronymus cap. si quis non recto
 24. quest. 3. ut is qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus videtur reti-
 neri, quippe quod censuris & ecclesie clavibus abutens, sacri-
 legij reatum incurrat cap. non in perpetu-
 um 24. quest. 3.

QVÆ.